me a deſcēdētibꝫ in lacū. De tercio roman.
viij. Proprio filio ſuo nō pepcit deus. ſed
ꝓ nobis omībꝫ tradidit illū. quō ñ ſalui eri
mus ab ira p ipm. Qui eñ dat talentū. nō
eſt deſpandū qui eciā det denariū. ⁊ qui no
bis dedit filiū credētibꝫ ñ negabit eternum
Y brauiū. Sed rationabilr querit. ſi pr̄ de
dit nobis filiū in redēptionē. an pr̄ poſſ3 di
ci. redemptor nr̄. Et videt ꝙ ſic. q2 illius ē
redimere cuiꝰ eſt pcium dare. ſed pr̄ dedit
vnigenitū ſuū ꝓ ſalute generis hūani. ſicut
in autoritate pmittit. ⁊ Johānis. iij. Sic
deus dilexit mūdm vt filiū ſuū vnigenitum
daret. pr̄ igit nos rēdemit. pt ergo dici re/
demptor nr̄. Contra apoc. iij. de filio dicit.
Redemiſti nos deo in ſanguine tuo. Rñd3
bonauentura di. xix. tercij ſup magiſtrū. ꝙ
opus rēdemptōis dulciter pt alicui attribui
aut ſic principali autori. aut ſicut ex ꝯſequēti
Si pmo mō. ſic nō ſolū ꝯuenit filio ſ3 prī ⁊
ſpūiſctō. cum. ſ. indiuiſa ſint opa trinitatis
ad extra. ſi ſcd̄o modo ſic ſolum conuenit fi
lio. ſcd̄m humanā naturā. quia ſm hanc ſo
lu3 paſſus ē. Et hoc eſt qd̄ magiſter in litte
ra dicit. redemptor aliqñ pater ⁊ filius dr̄.
ſed hoc ꝓpter vſum ptāis. nō ꝓpter exhibi
tōem humilitatis. Nam ſcd̄m ptāis ſimul
et obedientie vſum. filius ꝓprie rēdemptor
dicitur. ⁊ paulo poſt concludit. Eſt igit re
demptor inqꝫtum deus poteſtatis vſu. inqꝫ
tum homo humilitatis effectu. Per hoc pa
tet qd dicendū eſt ad argumētū in contra/
rium. Ex his pōt elici doctrina. ꝙ in nulla
bona opatōe ſiue laudis ſiue grārumactōis
quod facimus deo. pſonas ſequeſtrare de
bemus p noſtrū intellectū. Sed ſicut tota
trinitas effectiue noſtrā ſalutem operata eſt
indiuiſibiliter. ita totam trinitatē laudare ⁊
glificare tenemur ⁊ ei gratias agere. Ideo
in fine cuiuſlibet pſalmi toti trinitati gratias
agimus dicendo. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpūi
ſancto. ⁊c.

Feria ſcd̄a poſt palmar.

ANte ſex dies pa
a ſche venit Jheſus bethaniā. Jo.
Y xij. Philoſophꝰ. i. celi dicit. ꝙ
nullum violentū perpetuum eſſe poteſt. qd̄
oſtendit. ij. celi in motu naturali ⁊ violento
Nam vt dicit naturalr motus in pncipio de
bilis eſt. ſed in fine fortior. motus autē vio
lentus econuerſo ſe habet. quia in principio
fortis ē ſed in fine debil. et tandē in nihilū
redigit. Sicut pat3 ſi quis violenter lapi/
dem ſurſum contra naturā ſuā iaciat. qui p/
mo fortiter impulſus motū fortē habet. ſed
vltimo intantū debilitat. ꝙ vltra moueri ñ
poſſit. ⁊ tunc incipit motu naturali et ꝓprio
deorſū cadere. primo debilr. et quanto plꝰ
terre appropinquat tanto motus eius forti
or erit. Sic eciā eſt in hūanis opatōnibus
Opatio nanqꝫ hominis violenta ad quā qs
contra voluntatē cogit ⁊ neceſſitat de die
in diem remittitur. et lic3 in pricipio ſtudio
ſa oſtendat. diu tamē nō pmanet. ſed quod
voluntate libera opatur quaſi naturali opa
tione magis ac magis delectatur. pſeuerat
et terminat. Ideo dr̄ de cōſe. di. v. Quid
quid neceſſitate fit cito ſoluitur. qd̄ aūt vo
luntate arripit. pſeuerat. Ex quo notare de
bemus ꝙ hi qui ex timore lic3 ſuili vel neci
tate bona faciunt. ⁊ ſi merent. minus tamē
qꝫ hi qui libere ⁊ ex amore faciūt. quia ex re
gula iuris. Qui ex timore facit pceptu3 alit
qꝫ debeat facit. et iō nō facit. extra de re. iur.
qui ex timore. Coacta eni ſuicia nō placent
deo. ſm apoſtolū. Ad ꝓpoſitū ſaluator
noſter ex volūtate pr̄is celeſtis q̄ ſm mgr̄3
tercio ſen. di. xvij. eadē eſt in pr̄e ⁊ filio. in
hūc mūdm veniēs hoiem pditum redimere
vt redemptōis opus mere voluntariū oſtē
deret et nulla violentia coactū. Primo in
infantia modicu3 pietatis motū fecit quaſi
ꝓ arra nr̄e redemptiōis ſanguinē in circum
ciſiōe fundendo. deiñ fortiorē. verba dura
et duriora verbera ſuſtinendo. tandem quā
do in fine moriendo totū precium pſoluere
iuxta tempus ordinatū a patre debuit. for/
tiſſime egit ut manifeſtaret ſe voluntarie ob
latum. non quaſi timidus latens et morte3
fugiens. ſed quaſi leo audax venatoribꝫ iu
deis ipſum capere volentibus obuiādo ad
locum placitum et aptum venit. ſcilic3 Be
thaniam. et tempus preuenit. Ideo dicit
euangeliſta. Jo. ante ſex dies paſche. venit
Jheſus. Querit an quilibet miles ſine A
timore ardua aggrediens propter ſalutem

reipublice. ſicut qui pugnãt ſub piclo mor
tis p cõmunitate. ſint virtuoſi. ⁊ vt virtuo
ſi laudandi. Et videt̃ ꝙ ſic quia tales exer
cent actum fortitudinis que ē vna ď quatuor
virtutibus cardinalibꝫ. In oppoſitū quidā
non pugnant zelo iuſticie ſed vindicte. Sꝫ
qui taliter pugnāt peccant igitur ⁊c̃. Dico
ſm ſctūm Thomā in ſecunda ſcďe. ꝙ quidaꝫ
quādoqꝫ actum exteriorē virtutis faciunt
ex alia cauſa ꝗ̃ ex virtute. qui ideo ſolum ſi
militudinarie dicunt̃ fortes. quaſi exercen
tes actus fortitudinis pter virtutē. Sicut
etiam homo depictus dicit̃ ſimilitudinarie
homo ⁊ tamē nō eſt homo. Et hoc fit tripli
citer. Primo cū quis aggredit̃ difficilia ⁊
terribilia vbi mors iminet. eo tn̄ ignorante
qꝛ ſi ſciret forte mortē imminere. magis fu
geret timore mortis ꝗ̃ aggrederet̃. Sic mlt
tis accidit q̃ in aggreſſu belli quaſi inexperti
terribiliū occurrētiū rident ⁊ letant̃ et tri
ſtant. ſꝫ dū ictus ſentiūt triſtant̃. ⁊ ſi pñt fu
giunt. Sic accidit ſel' dū quidā expt̄us i ag
greſſu multū timeret. et alijs ridētibꝫ triſta
ret̃. ipe deriſus ob hoc ab alijs. ⁊ q̄ſitus q̄re
triſtis eēt. r̄ndit. vos ridetis ⁊ gaudetis q̄ſi
mortē nō timētes. nec picula belli ſcientes.
qꝛ fugere pponitis. ego āt belli picula pſiď
rās. quaſi expt̄us pmeſco. qꝛ p iuſticia ho
die mori ppono. Hoc etiā accidit. dū hō hōs
ſpei aggredit̃ ad picula vincenda. puta cuꝫ
expt̄us ē ſepe picula euaſiſſe. ſi ei tal' n̄ hēet
ſpē iterū euadēdi. bonū pñe l' iuſticiā n̄ tn̄ ze
laret. ꝙ amore iuſticie ſe morti expōeret. hi
etiā nō exercēt v̄tutē fortitudis. qn̄qꝫ hꝫ eē
accidit pp̄ ſciam ⁊ artē quandā. ſic ptingit
militibꝫ q̄ pp̄ter piciā armoꝝ ⁊ vſitatū exerci
tiū n̄ reputāt picula belli grauia. eſtimātes
ſe p ſuā artē poſſe defendi. Sic dic̃ vegeci⁹
ď re militari Neō facere metuit qđ ſe bn̄ di
diciſſe confidit. Scďo mō exercet q̄s actū
fortitudis ſine v̄tute pp̄ impulſū paſſionis
triſticie vel ire quā vult ꝑpellere. hoc valď
piculoſum ē ⁊ vicioſū. Tercō ppter electōꝫ
nō quidē debiti finis. ſed alic⁹ cõmodi tpal'
acquirēdi. puta honoris. voluptatis. lucri. l'
alic⁹ incōmodi vitādi. puta iproprij vituprij
afflictōis diffamie ⁊ hmōi. Qui ei pp̄ hoc
militat ⁊ ardua aggreditur. peccat. xxiij. q. i.
qđ culpatur. Et ſi occidit̃ piculoſe moritur

Volens igit̃ virtuoſe bellare et actum forti
tudinis exercere. debet voluntatē ſuaꝫ tueri
ne retrahat̃ a bono ratõnis. pp̄ter timorem
mali corpis. ſed firmiter bonuꝫ rõnis tene
at contra quodcūqꝫ malū etiaꝫ contra mor
tem. Sed querit̃. cum ſpūalibus nō cõ B
ueniat armis militaribꝫ pugnare nec ſan
guinem fundere. vt patet. xxiij. q. viij. Cle
rici. Carent ergo tales virtute fortitudinis
⁊c̃. Dicendū ꝙ non. quia maior eſt pugna
mentis ꝗ̃ cōpis. qꝛ lꝫ eos nō conueniat ar
mis militaribꝫ pugnare. nec ſanguinē fundď
re. decet tamē eos armis ſpūalibus. vt ſūt
lacrime ⁊ orōes cōtra ſpūales aduerſarios
inſudare. iuxta preceptū magiſtri milicie di
centis militibꝫ ſuis. ephesioꝝ. vi. Induite
vos armatura dei. vt poſſitis ſtare aduerſ⁹
inſidias dyaboli. Vnď beatus Grego. viij
moraliū. Iuſtoꝝ fortitudo ē carneꝫ vincere
pprijs voluptatibꝫ contraire. delectatiōem
preſentis vite extinguer̃. Et quia illo ſacro
tempe plus ac fortius impugnamur ab ad
uerſarijs. ⁊ impedimur ne bona faciamus ꝗ̃
alio tempe. Ideo muĩus et certi⁹ debemus
cuſtodire ⁊ armis virtutum pugnare.

Quātum nūc ad expoſitiōem euangelij
ſciendū ꝙ ſic heri ppoſituꝫ fuit qualit̃ rex ce
loꝝ a deuotis receptus fuit magno honore
ſic hodie hꝫ quō pie recepi⁹ ē. et tractatus a
ſuis deuotis ſincero amore. Et ſm hec tria
notantur. Ante ſex dies.
Primo caritatiua xp̄i ꝛceptio. In pncipio
Scďo deuota marie veneratō ibi. Maria.
Tercio murmuratiua iude detractio. ibi.
Dicit ergo vnus.

## Quātum ad primaꝫ

partem eſt ſciēdū. ꝙ Iheſus aſcendens de
hiericho. venit bethaniā. vt miraculū preta
ctum memorie hominū magis cõmendaret
venit ergo ante ſex dies paſche. i. ſabbato
ante diem palmaꝝ in bethaniaꝫ ad cenādū
in domo Symōis leproſi quē pus curauit
a lepra. Et quia forte ſymon attinebat mar
the in aliq. iō martha vt amica ⁊ nota mini
ſtrabat. ⁊ lazar⁹ fr̄ ei⁹ etiā fuit vn⁹ de diſcū
bentibꝫ. vt ex hoc v̄itas miraculi magis oſt
deret̃ ei⁹ ſuſcitatōis cū loq̄bat̃ ⁊ epulabat̃.
Moral'r ē nōndū ꝗ̃ inter alia ſigna amo C

ris.magnū ſignū eſt ꝯmūicatio mēſe.q2 vi
dem⁹ ꝙ inimici ſiml' nec comedūt nͤ bibūt
in ſignū h⁹ hēm⁹ Johānis.iiij.ꝙ mlr ſama
ritana noluit cū xp̄o bibere q2 ꝓ tūc ſamari
tani erāt iudeoꝝ inimici.et iō qn̄ xp̄s potū
petijt a ſamaritana dixit. quō tu cū iudeus
ſis a me bibere poſcis.q2 ſum mlr ſamarita
na.nō eñ coutunt̄ iudei ſamaritanis. ſic et
xp̄iani ꝓpter odiū iudeoꝝ et eoꝝ maliciam
et obſtinatōez cū eis nec bibere ne comede
re deñt.imo eos vt mãifeſtos inimicos xp̄i
et xp̄ianoꝝ vitare dñt. ꝙ cū eis nullā fami
liaritatē hēant nec comedendo nec bibēdo
vt dī.xxviij.q.i.Omnis.Querit glo.quare
loquimur cū eis cū nec comedam⁹ nͤ biba
mus cū eis.Reddit ad hec rō.q2 maioꝛ fami
liaritas eſt in cibo ſumēdo ꝙ̄ in colloquio.
et facilius decipitur quis inter epulas.
nam Herodes inter epulas deceptus eſt.
⁊ propter eiuſ iuſiurandū amputari fecit ca
put Johānis bap.xxij.q.iiij.Unuſquiſq3.
D Ad ꝓpoſitū. cū maioꝛ amic⁹ nō ſit aīme
deuote xp̄o q̄ frequēti colloquio.⁊ occlta in
ſpiratōe cōat̄ eā ad ſui amorē trahere et dul
citer illaqueare vinclo caritatis.di.Audi fi
lia ⁊ vide ⁊ inclina aurē tuam.q.d. filia.ſ.
inſpiratōe ⁊ ꝑdicatione mea michi genita.
Audi intus amorē meū. ⁊ vide ꝑ fidē quē
viderunt iudei ꝑ carnē.ſupple qualia ſigna
amoris tibi oſtēderim ꝓ te moriendo. Au
di ꝓphetias que meā incarnatōem ꝑdixert
et vide impletas.⁊ inclina aurē tuā vt hūi
liter audias.⁊ me ad coꝛ ſuſcipias.apocal.
iij.Ego ſto ad oſtium ⁊ pulſo. ſi qs audie
rit vocem meā ⁊ apuerit michi ianuam. in
troibo ad illū ⁊ cenabo cum illo.⁊ ipē mecū
q.d.Ego ſto quaſi patris ad ingreſſum ad
oſtium.i.ad cordis hitacl'm.et pulſo ꝑ ꝑdi
catōnis v̄bum.Si quis audierit vocē me
am recipiendo predicationē.⁊ aperuerit mi
chi ianuam ꝑ verā fidem credendo. introi
bo ad illum ꝑ grē ſpūalis infuſionē. ⁊ cena
bo cū illo ꝑ eiuſdē ſanctificatōez ⁊ ipē mecū
ꝑ iocunditatē ꝯſciencie. ꝑ augm̄tū grē ⁊ ſpē
future glē. Ad hāc igit̄ ſinceriſſimū ami
cum aīe recipiēdum ad pulſatōem ei⁹. ſtati
ſine moꝛa ꝑſona deuota dz ancillas tres.ſ.
Fidem mittere vt ianuā cordis aperiat.
Spem ſubſtituere vt cenā ⁊ locū diſpōat.
Caritatem dirigere vt fercula apponat.
Nam ꝑmo fides amico ⁊ ſponſo anime.ſcʒ
xp̄o ianuā cordis aperit.ſ.fides caritate foꝛ
mata. Nam poſtq̄ chriſtus ꝑ verbuʒ horta
tionis ꝑdicantis ad cordis ianuam pulſat.
fides que hitat in intellectu quaſi in prima
parte cordis.pulſantē attēdit quis eſt.quē
cum ſummū ens et ſummū veꝝ eſſe cogno
ſcens cōfeſtim apit.et humiliter ⁊ reuerent̄
ſuſcipit.ducendo eū ad ſecundā portaʒ coꝛ
dis.ſ.voluntatē.vbi caritas cuſtodit. vo
cans caritatem.di. aperi michi ſoroꝛ mea.
Canticoꝝ.v.Que cum xp̄ʒ ꝑſpexerit.⁊ ſū
muʒ bonū ⁊ ſummū delectabile iudicauerit
ſtatim coꝛ aperit.di.Ingredere benedicte.
cur foris ſtas domū ꝑparaui. Gen̄.xxiiij.Ca
ritas igitur ſpōſum precedens.cito dominā
ſuā.ſ.aīam amoꝛe ſponſi languidā.iocūdē ſa
lutat et excitat dicens. Domina cariſſima
ecce ſponſus venit exi obuiam ei. que cum
languida ⁊ debilis ſit .nec propria virtute
valens ſurgere.hortatur ceteraſ ancillas.ſ.
virtutē caſtitatem.humilitatē ⁊ pacientiaʒ
⁊c̄.dicēs.Adiuro vos vt ānūcietis dilecto
meo.quia amoꝛe langueo.Canticoꝝ ſcdo.
qui ſtatim accedit.eā tactu benignitatiſ tan
git et ſanat.dicens ei. Surge ⁊ vade.quia
fides tua te ſaluā fecit.math.ix.⁊ Lu.vij.
Ecce q̄ bona et potens eſt fides noſtra. E
valēs ſola animā oꝛnare.⁊ eam chriſto ſpō
ſo inſeꝑabiliter copulare.quare dicit̄ He
breoꝝ.xi. Sine fide impoſſibile eſt deo pla
cere.qs eñ dubitat moꝛales philoſophos
multas virtutes habuiſſe. ſcʒ tempantiam
caſtitatem.voluntariā paupertatem ⁊c̄.non
tamē xp̄m habuerūt.quia fide caruerunt.
Nonne plures iudei ⁊ pagani deum amāt.
magnis olocauſtis honoꝛant. in multis vir
tutum exercitijs chriſtianis preualent. ſed
quia fidem nō habent laboꝛes amittūt.⁊ vi
tam eternā non poſſidebūt. Hec enim ſola
eſt fecunda filia dei.viuam prolē ꝓcreans.
ſine qua oēs alie v̄tutes ſteriles ſunt.et ab
oꝛtiua ꝓducūt. Abac̄.ij. Iuſt⁹ me⁹ ex fide
viuit.⁊ ē fōs viu⁹ cui n̄ ꝯicat alien⁹.ſ.a fide
extra d̄ regul̄.⁊ trāſ.licʒ in fi.et de pe.di.i.§.
Itē vt xp̄s.Unū qn̄ ſara vxoꝛ abrahe ſteril̄
fuit et Abraham prolem a domino peteret
ꝓmiſit ſibi dominus ꝙ vellet multiplicare

ſemē ſuū ſic ſtellas celi. qđ Abraham credi
dit. ideo dñs vt ei pmiſit fecit. q̄re dr̄ Gen.
xv. Credidit abrahā deo et rputatū ē ei ad
iuſticiā. Et virgo glorioſa xp̄m p fidem cō
cepit ⁊ pperit. dum eñ angelus Gabriel
diceret. Ecce concipies ī vtero ⁊ pies filiū
adhibuit fidem et ɔſenſum ⁊ iđ ſtatim pce/
pit. Quare beata Elizabeth ſpūſcō repleta
beatam virginē a fide ſpecialr̄ cōmendauit.
dicēs. beata que credidiſti qm̄ pficient̄ ī te
⁊c. Luce. i. Patz igit̄ q̄ʒ vtilis ⁊ potens eſt
fides caritate formata. ſicut fides nr̄a eē dʒ
alr̄s inutilis ⁊ infructuoſa quo ad vitā et̄nā
iudicat̄. nec hn̄s eam min⁹ q̄ʒ paganus vel
iudeus nō baptiſatus dānat̄. imo piculoſi⁹
F et grauius. ¶ Sʒ circa pdicta occurrūt duo
dubia moueda. Primo iuxta illud vbi di
xi fidem eē in intellectu ⁊ portaʒ ſuā xp̄o pri
mo apire. Quero an fides ordine nature p
cedat caritatē. Et vidr̄ q̄ nō. nam caritas ē
forma fidei. ſed ſm̄ Auicennā. ij. metha. c.
vltimo. Forma pōr ē materia. ergo caritas
prior ē fide. Contra apl̄s. i. cor. iij. Funda
mentū aliud nēo pt̄ ponere pter id qđ poſi
tū. eſt. qđ eſt xp̄s ihēſus. glo. id ē fides ihe
ſu. ſed fundamētuʒ pcedit totū illud qđ ē in
edificio. ergo fides pcedit ſpem que eſt in
edificio ſpūali ſicut paries. et caritatē que ē
ſicut tectuʒ. Reſpondet Richard⁹ in. iij. ſu
per magiſtr̄ ſen. di. xxiij. q̄ poſſumus loqui
de fide inq̄ʒtum informis. aut inquātum ca
ritate formata. loq̄ndo de fide informi. Di
co q̄ fides prior ordine nature eſt caritate
in via generatōis qua impfectū precedit p
fectum. cum eni caritas ſit in affectu nō fer/
tur in ſuū obiectum niſi pmo fuerit p intel
lectum ſibi oſtenſum. que oſtēſio eſt p fidē
quia nulla virtus intellectualis exiſtens in
fra facultatē nature attingit ad cognitōem
dei. ſub illa ſpeciali ratione qua eſt obiectū
beatitudinis perfecte. ſub qua rōne eſt cari/
tatis obiectuʒ. Loquēdo aūt de fide forma
ta ſic dico. q̄ ordine nature caritas eſt pri
or fide. quia formatio fidei eſt per caritatem
Vñ cum fidei formatio prior ſit ordine na
ture q̄ʒ fides formata q̄ ſm̄ philoſophū. v.
metha. Accidens eſt prius toto vt muſicuʒ
homie muſico. ſequit̄ q̄ caritas prior ſit or
dine nature q̄ʒ fides formata. ſicut perfectō

materie pōr eſt ordine nature. q̄ʒ materiam
eſſe pfectam. Ad argumētum cōtrariū dico
q̄ forma dicit̄ prior eē materia ordine pfe
ctionis. qm̄ forma ē pfectior p eſſentiā. ma/
teria aūt pficit̄ p pticipationē forme. in via
autē originis eſt econuerſo. ¶ Scđo q̄ro G
an p illo priori pro q̄ fides caritatēʒ pcedit
fides p tūc dicatur virtus ⁊ meritoria vite
eterne. Et vidr̄ q̄ ſic. nam ille hitus p quē
ſpūaliter viuitur ē v̄tus. ſed vt dicit̄ Aba
cuc. ij. Iuſtus ex fide ſua viuit. Dico ſcđʒ
Richardū. q̄ pro illo priori fides nō ē vir
tus pprie dicta. q2 cum ſit informis non at
tingit ad plenā rōneʒ virtutis que eſt bn̄ē
pficere. ⁊ actū eius ⁊ ipʒ ī vltimū finem đbi
to modo referre qđ fidei informi ñ conueit
Perfectum eñ actum credendi non elicit.
Credere eñ eſt actus intellectus ad impe
rium voluntatis. qñ autē eſt vn⁹ actus eſt a
duob⁹ motorib. ad hoc vt ſit pfect⁹. opor
tet vtrūq̄ʒ motorē eſſe pfectuʒ. voluntas au
tem ſine caritate nō ē pfecta. et iđ actus cre
dendi elicitus ab intellectu p fideʒ non for
matam caritate. non pōt eſſe actus pfectus
quia informis etiā cum adiutorio volunta
tis. actum ſuū referre non pt̄ in finem debi
tum modo debito. ad hoc eñ vt voluntas
modo debito aliquē actū referat in finē vlti
mū. oportʒ q̄ ſit ad ipm̄ p caritatē ordinata.
ſummū eñ bonū qđ ē vltim⁹ finis. obiectū
ē ipſius caritatis. ſʒ ſm̄ qđ virtus large ac/
cipit̄. ſ. p quocūq̄ʒ hitu determiante poten
tiā ad aliquē actum reſpectu obiecti debiti.
Sic fides illa informis pt̄ dici v̄tus. credē
re eñ qđ ē volūtarie aſſentire ſūme v̄itati
pter ſe actus ē. reſpectu debiti obiecti. Ad
autoritatē eſt dicendū. q̄ loquit̄ de fide ca
ritate formata. ¶ Scđo debet deuota pſo H
na xp̄o obuiaʒ mittere ſcđam ancillam. ſcʒ
ſpem. vt eū reuerēter ſuſcipiat. locū ⁊ cenā
diſponat. nā poſtq̄ʒ chriſtus dulcis hoſpes
anime. per fidem et caritatē cenaculum cor
dis eſt introductus. q̄ iam homo firmiter
omnia dicta chriſti credit vera. ⁊ vt bona
et optima adimplere deſiderat. Vltra hoc
ſperare debet q̄ q̄dq̄d propter chriſtū faci
at. totum premio ineſtimabili retribuetur.
Sic aīma p ſpem chriſtū reuerēter ſuſcipit
quaſi retributorē humilr̄ inclināđo dicēs

O domine ſaluū me fac. o dn̄e bene ꝓſpe
rare. bn̄dictus q̄ venis in nomīe dn̄i. Nō
igit̄ ꝑ ſpem volens pedes xp̄i lauare. inſtar
magdalene ꝯſideret tunc. quid añ ingreſſū
huius hoſpitis ꝑpetrauit. ꝙ ꝑ pctā hūc ho
ſpitem amātiſſimū turpiter repulit. ⁊ exclu
ſit. ꝙ ꝑticipatōe omniū bonoꝝ ⁊ īeſtimabli
p̄mio ſe ꝑuauit. ⁊ ꝙ ſe angeloꝝ miniſterio
eccleſie ſuffragio. hōꝝ patrocinio. ⁊ celeſti
brauio indignū fecit. Ultra hoc conſiderꝫ
ꝙ peccando ſe fecit hoſtē dei. exꝑtem oīs bo
ni. mācipiū dyaboli. latrinā mundi. herede
inferni. quibꝫ cōſideratis ꝓrūpit in cordis
dolorē ⁊ in lacrimaꝝ effuſionem. quibꝫ tūc
lacrimis igne caritatis calefactis. incipit ri
gare pedes iheſu. lauare ⁊ tergere. poſt hoc
ancilla hec dominā admonet. ꝙ ſi certā ex
peccatōem imp̄ciabil̄ boni hr̄e deſideraret.
ꝙ de cōmiſſis ⁊ omiſſis contra deū ſatiſfaci
at. Tunc aīma ad monitōem ſpei. opa pie
tatis paupibus incipit impēdere. nudos ve
ſtire. eſurientes ⁊ ſitientes reficere. mēſam
nulli indigenti negare. ſic hoſpiti xp̄o mēſā
parat et eum cibis ⁊ potibus faciat. dicēte
chriſto math. xxv. Quidqd vni ex fribus
J meis minimis feciſtis. michi feciſtis. ¶ Ex
his verbis notabile trahitur documētū. ſ.
ꝙ nullus debet ſperare nec expectare eternā
beatitudinē poſſidere. qui nō hic bonis opi
bus inſiſtit. quibus meret̄ de ꝯgruo htim
dū. Sic heu plures ſunt qui nunꝗ vel raro
bona faciunt ſed ſemꝑ mala. ⁊ tamē vitam
eternā poſſidere ꝯfidunt. De quibꝫ Sapie
iij. Uana eſt ſpes illoꝝ ⁊ labores ſine fructu
Et puer. x. Expectatō iuſtoꝝ leticia. ſpes im
pioꝝ ꝑibit. Quare mgr̄ ſent. iij. deſcribēs
ſpē dic̄ ꝙ ſpes ē certa expectatō eterne beati
tudinis ꝓueniens ex dei grā et meritis p̄ce
dentibus. Et notanter dicit meritis p̄cedē
tibus. vbi eī̄ non p̄cedunt merita ibi non
ſequunt̄ premia. nā qui nō deſeruit nichil
recipe debet. de cle. non reſi. conquerente.
¶ Tercio ꝑſona deuota caritatē que ē ter
cia ancilla anime ad hoc ordinare debet. vt
cenante iheſu oīa fercula ſibi p̄pet ⁊ mini
ſtret. quia tantū hanc amat ꝙ niſi ipa fercu
la offerat. nullū ei ſapiat ſed odiat. Augu.
et allegat̄ de peni. di. ij. Tolle caritatem et
odium tenet. q. d. omne opus odiū habet

qd̄ ex caritate michi nō miniſtrat̄. Debet ḡ
caritas xp̄o primo offerre.
Greſſibilia ꝑ ſedulitatē opatōis
Aquatica ꝑ ſinceritatē religiōis
Uolatilia ꝑ ſuauitatē ꝯtemplatiōis.
¶ Nam primū ferculū qd̄ caritas offert xp̄o
dulci ſponſo anime ſedenti humilr̄ ſecus
pedes eiꝰ eſt factū ex greſſibilibꝫ. ſ. cōmūibꝫ
animalibꝫ. et ſignificat opa ꝯmunia oībus
chriſtianis in decem p̄ceptis tradita. qꝛ ſic
illo ferculo ꝯmuniter oēs diuites ⁊ paupe
res vtunt̄. ſic ecīā nemo ab opibꝫ mandato
rum dei excuſat̄. ſꝫ oībus ꝯmunia eſſe deñt
qui volunt ſaluari dicente xp̄o Math. xix.
Si vis ad vitā. ſ. eternā ingredi ſua man
data dei. Qui ferculo aſſociari debet vinum
clarum ⁊ puꝝ. ſ. pura intentio. ſ. ꝙ illa opa
preceptorum impleant̄ filiali timore. non
timore ſuili. Unde ps. Beatus vir q̄ ti. d.
in mā. eiꝰ volet ni. Anima deuota inſtar ma
gdalene ſedens ad pedes iheſu. i. plena affe
ctōe ad mādatorum obſeruanciā collatiue
querit magiſter amātiſſime. poſſū ne ad vi
tam eternā ingredi implendo omnia man
data ſecluſa ancilla mea fide. Magiſter dic̄
ꝙ non. qꝛ quicunꝗ vult ſaluus eſſe. ante
omnia opus eſt vt teneat catholicā fidem.
Athanaſiꝰ in ſimbolo. Quero ergo a te ma
giſter dulcis. ſunt ne Abraham yſaac ⁊ ia
cob. ceteriꝗ ſancti patres amici tui ſeruātes
mādata. anteꝗ fides exp̄ſſa fuit ꝑ te dāna
ti. dicit non. qꝛ fidem ꝑ ſpiritūſanctum infuſā
habuerunt. et me venturū crediderunt ſm
magiſtꝝ. iij. ſentēciaꝝ diſt. xxv. c. i. Hac col
latōne facta caritas ſcd̄m ferculū offert qd̄
eſt aquaticum. ſ. piſces. Iſtud ferculū non
eſt cōmune oībus ſed bene bn̄ibus ⁊ notat
opa paciencie quibꝰ dominus bene reficitur
quia ſicut piſces ſemꝑ mouent̄ in aquis de
lectabiliter. ſic iſti perfecti quoꝝ tamē pauci
ſunt in aqua aduerſitatis. de multis exerci
ciis delectari debent. quia deus ſolum illos
quos amat caſtigat. Hebreoꝝ. xij. Et apo
calipſ. iij. Huic ferculo ſociādum ē vinū ru
beum. i. memoria paſſiōis xp̄i et abundātis
effuſionis ſanguīs xp̄i roſei. vinū eī̄ rubeū
ſm dyaſco. in dietis. ſi fuerit aqua ꝯpatū. ē
ſolutiuū viſcoſi hūoris. lenitiuū ⁊ imūdi
cie abſterſiuū. Sic ſi effuſio ſanguinis xp̄i

fuerit ꝯſiderata. ⁊ quō de lateř exiuit ſāguis
et aqua. ⁊ mēorie tradita mūdat omnē dele
ctatōem pcti ⁊ lenificat oēm aduerſitatē et
impacīam abſtergit. Grego. in omel. nihil
adeo graue qđ nō equanimit̃ toleraṫ. ſi xp̄i
paſſio ad mēoriam reducaṫ. Querit iterū
aīa ſitiens fontē ſapie. O bone mgř poſſū
ne ſine aduerſitate ꝑuenire ad te in tuū re
gnum. Rn̄det veritas infallibilis nō. ſed ꝑ
magnas tribulatōes opꝫ intrare regnū ce
loꝝ. Actuū. xiiij. Sed cur amātiſſime dn̄e
ſic te diligentes caſtigas. dic. vt probē eos
an me diligāt. et fideles inuentī coronam
digniorēꝫ accipiāt. btūs eñ vir qui ſuffert
tēptatōem. qm̄ cum ꝓbatus fuerit accipiet
coronā vite ⁊c. Jacobi. i. Tunc caritas ac
cedit et terciū ferculū xp̄o apponit. ſ. altilia
nobiliſſima quibꝫ ſolūmodo in magnis ho
noribꝫ conſtituti fruunṫ et ſignificāt opa ſu
pererogatōis ⁊ cōſilia xp̄i que nō ſunt com
munia oībꝫ. ſed ſolū digniſſimis et ꝑfectis
hoībꝫ. Qui ſicut altilia vltra alia animalia
alte volāt. ſic p̄mio ꝑ hmōi conſilia ⁊ exerci
tia cōſilioꝝ altius exaltabūř. ps. lxxiiij. Ex
altabunṫ cornua iuſti. i. merita vel dignita
tes. Cū q̄ ferculo vinū aromaticū. ſ. clare/
tum xp̄o īfundi debet. ſ. iubil⁹ cordis. quia
ſic claretū ex odoriferis ꝯficitur ſpeciebꝫ et
cor letificat et confortat. ſic iubilus ex chri
ſto ⁊ donis ſuis et meritis conficiṫ queꝫ hō
pre nimio gaudio explicare non p̄t. ꝯfortat
etiam ſpm̄ et letificat. ꝙ ſine intermiſſione
affect⁹ cordis ſe ī deū eleuat ⁊ ſaltat. ⁊ inex/
plicabiles ꝯſonātias ⁊ melodias cauſat. hi
eñ affcꝰ dulciſonātes ī auribꝫ xp̄i. ſunt cy/
thariſte cātores ⁊ hyſtriones. tollētes euꝫ
de cōuiuio. et animā ad dexterā eius collo
cantes aſſunt tres ancille. quaꝝ prima ſcꝫ
caritas potū offert dn̄o di. Bibe dn̄e nā et
camelis tuis. i. aīabꝫ ſctis potū tribuā. ge
neſ. xxiiij. Iſte ē potus eterne iocūditatis
et ſalutis. cū q̄ etiā potu aīam ſctām inebri
at. ⁊ ꝑ inſepabilem vnionē ad ſponſū xp̄m
conquieſcendū collocat.

## Secūda pars in qua

notaṫ ⁊c. Recumbēte nāqꝫ Jheſu cū diſci
pulis in cena. venit magdalēa ⁊c. Nardus ē
herba odorifera. cuius flores ramuſcli ⁊ ra
dices ſunt p̄cioſi ad vnguētū. et dr̄ ſpicati
quia d̄ p̄cioſiori materia nardi ꝑ̄. Sꝫ cur hoc
fecit dic Aug⁹. in li. d̄ v̄bis dn̄i. ꝙ iudei q̄
venerāt ad videndū Lazaꝝ. interrogabāt
eū in mēſa de alia vita et de mortis grauita
te ⁊ ſepatōis aīe a corpe. ad que rn̄dens di
cebat. creaturā viuentē n̄ poſſe hāc grauita
tem imagīari. qꝛ q̄to maior ē dilectio tāto
eſt ſepatōnis dolor grauior. hūc ergo dolo
rē xp̄s ꝯſiderās ꝑfecte. quē ſtatī hūanitus
erat paſſur⁹. anxietate tm̄ turbabaṫ ꝙ toto
corpe ſudauit. hoc cū attenderꝫ magdalēa.
credens eū nimio calore p̄ſſum labore inne
ris vnguētum illđ r̄frigeratiuū attulit ⁊ ca/
put eius vnxit. Et ſic ter legiṫ vnguentū K
p̄paſſe ad vngēdū dn̄m ſuū. Moralr̄ ē no
tandum. in hoc ꝙ magđ. dn̄m ter vnxit. ꝙ
de beneficijs a domino acceptis gratiſſima
fuit. nam ſm̄ Senecā in libro de beneficijs
Illud beneficiū eſt iocundum. quod alicui
obuiū venit. ſic patꝫ Gen̄. xxxiij. In iacob
qui noſcens frēm ſuū Eſau contra eū com
motū. voluit eum placare. et venit ei obuiā
cum muneribꝫ ⁊ placatus eſt. Unđ extra d̄
cele. miſſ. cum martha. dando placꝫ homo
⁊ accipiēdo diſplicet. ſic nos qui varijs mo
dis peccando deū contra nos concitamus
ad iram. debem⁹ venire obuiā muneribus
contritōis ⁊ doloris ⁊ placabiṫ. qꝛ ꝓuer.
xxi. Munus abſconditū extinguit irā. ⁊ do
num in ſinu mitigat indignatōem maximā.
mun⁹ abſconditū eſt dolor de commiſſis ab
ſcōditus in corde vel compaſſio proximi ⁊
dilectio dei. donū vero in ſinu eſt elemo
ſina vel aliud opus pietatis factū ꝓpť deū
pauperi. Illa omia deū placant. ⁊ maximā
eius indignatōem mitigāt. hoc oñdit dile/
cta magdalena que noſcēs xp̄um delictis ⁊
peccatis ſuis multū offendiſſe. multis do
nis. n̄ ſolū contritione. ſed maxima cordis
dilectione ⁊ pietatis operibꝫ eius iram mi
tigauit ⁊ placauit. De quibꝫ operibus L
pietatis hodie proponitur vnū de vnctione
Debemus ⁊ nos chriſtū de receptis benefi
cijs ſp̄ualiṫ inungere triplici nobili vnguē
to ſcilicꝫ.

Dolentis contritōis
Gementis compaſſionis
Feruentis deuotionis

Primũ vnguẽtum q̄d eſt dolens cõtritio
omnia letalia et fetentia vulnera ſanat ip
ſius egrotantis aīe.ſ.omia crimia morta
lia.conficit̄ autẽ hoc ex herbis imundis et
viliſſimis.ſ.peccatis ex voluntate mala na
tis ſed recollectiſ in ꝯſcia quaſi in orto pro
prio. Uade ergo in ortũ tue ꝯſcie ꝑ ꝯſidera
tionẽ et attende q̄z vilis factus es.et q̄z im
mũdas.viles ⁊ fetidas ꝯgregaſti herbas.ꝯ
ſidera etiã circũſtantias.quõ cõtra deum.ꝯ
ꝓxim et ꝯtra teipm ⁊ ꝯ ſalutẽ et ſanitatem
aīme tue tibi nociue ſunt. Radicitus igit̄
collige ⁊ extrahe oēs ſimꝉ.ita ꝙ nᶜ radix .i.
mala voluntas.nec herbe.ſ.opa ꝑmaneant
ſed oīa cõtunde in mortariolo cordis. ⁊ ex
his ſuccũ male ꝺlectatõis extrahe totaꝉr ut
nihil delectatõis ibi remãeat. ⁊ q̄ztum de
lectatus fuiſti tm̄ doleas amariſſime.ſuccuſ
em̄ delectatõnis extractus et dolor his her
bis pctõꝝ adiũctus.ꝯficit vnguentũ valiſ
ſimũ oīm vulnerũ mortaliũ curatiuũ q̄ aīa
peccatrix mũdatur.et deus de iniuria ꝯten
tatur.ps.l. Sacrificiũ deo ſpũs ꝯtri.cor ꝯ
tritũ. Nam ſicut vnguentũ ꝯfectum ex mir
ra.naturaliter corpus a corruptiõe ⁊ putre
factõe conſuat.ſic amarus dolor de peccatꝭ
animã purgat et ꝯſeruat ab impuritate pec
cati et a corru ptiõe.in cuius figura dicit̄ iu
dith.x. Lauit iudith corpus ſuũ et vnxit ſe
mirra optima.⁊ olofernẽ iugulauit.iudith
confitens interꝑtatur.⁊ deſignat animã pe
nitentẽ que confitetur ſe dñō fore peccatri
cem.illa ſi mirra penitentie ⁊ contritiõis fu
erit vncta.dyabolum expellit et pctm̄ inter
ficit. et ad nihilum redigit.cum hoc deo ſa
crificiũ ſuauiſſimũ facit. Eccĩ.xxiiij. Qua
ſi mirra electa dedi ſuauitatẽ odoris.

M Sꝫ queritr̄ an confeſſio ſit admittenda ſi
ne amara penitẽtia.et ꝓpoſito vlterius nõ
peccandi. Et videt̄ ꝙ non.quia talis non ẽ
fructifera. Magiſter in.iiij.diſt.xvij.ꝙ con
feſſio nõ ꝓficit ſine vera pnīa interius. In
oppoſitum .extra de peni.⁊ re.ꝙ quidã.hēt̄
ꝙ confeſſio ſine ꝓpoſito non peccandi.licet
non ſit fructifera eſt tñ admittenda. Dico
em̄ ꝙ eſt admittenda vt tribuat̄ conſilium
de peccatis.non tñ dabit̄ vera abſolutõ cũ
penitentia nõ ſit vera. Queritur ſcđo an ꝓ
quãtocunq̄z magno peccato ſufficiat quan

tacunq̄z ꝑua contritõ.dicit Richardus in
iiij.ſuꝑ magiſtrũ di.xvij.ꝙ cuꝫ contritõ di
cat actum penitendi caritate formatũ et q̄n
tumcunq̄z modica caritas ſufficiat ad ẽmiſ
ſionẽ quorũcunq̄z peccatoꝝ mortaliũ.quã
tacunq̄z ꝑua contritio ſufficit ꝓ quãtocun
q̄z magno peccato.non ſic autẽ dicendũ eſt
de attritõe.i. penitentia caritate non forma
ta. Cum eniꝫ recogitant̄ in ſpeciali.neceſſa
ria eſt maior attritõ de maiori pctõ q̄z mino
ri. Quis in penitendo ꝺ oīm̄bus ſimul non
ſit maior diſplicentia in actu de vno q̄z de
alio.neceſſaria eſt tam̄ in habitu. vnđ pro
quãtocũq̄z magno peccato quãtacũq̄z par
ua attritio non format̄ gr̄a de lege cõmuni
per quã grãm attritio fieret contritio.

N Sꝫ q̄rit̄ vtꝝ poſſit eſſe nimis magn⁹ do
lor in contritõe. Reſpondet ibidẽ vbi ſuꝑ
ꝙ in actu penitendi duplex eſt dolor. Un⁹
eſſentialis penitentie.⁊ hic eſt in voluntate
rationali.qui eſt quedã voluntatis diſplicẽ
tia qua ſibi diſplicet peccatũ. inquãtum eſt
tranſgreſſio legis diuīe. Et quia hec diſpli
centia directe cauſat̄ ex caritatiua dei dile
tione que nimis intendi non poteſt. Ideo
hec diſplicentia nõ pōt eſſe nimis magna.
Eſt ⁊ alius dolor non eſſentialꝉ penitentie.
et hic eſt duplex.vnus in corꝑe quo homo
corpus ſuum affligit ꝓ peccatis ſuis. ⁊ hic
dolor bene poſſet eſſe nimis magnus. quia
cum tali temꝑamento debet homo affligere
corpus ſuũ.vt nõ interimat ſibi naturam.
Unde apl̄us ad romãos.xij. Rationabile
ſit obſequiũ veſtꝝ. Eſt alius dolor interior
qui eſt paſſio appetitus ſenſitiui.⁊ hic ẽ du
plex.quãdoq̄z ei cauſat̄ talis dolor ex con
ſideratiõe alicui⁹ amiſſionis honeſtatis ſeu
glīe accidentalꝉ ꝑ pctm̄.ſicut eſt dolor in mu
lierib⁹ ex hoc ꝙ amiſerũt ſui corꝑis integri
tatẽ. et talis dolor poſſit eſſe etiã nimis ma
gnus. Nõ cauſat̄ directe ꝑ quandã redun
dantiã ex diſplicẽtia voluntatis qua ſibi di
ſplicet pctm̄.inq̄ztum ẽ legis diuīe trãſgreſ
ſio. Et ſic adhuc dicũt q̄dã ꝙ dolor poſſet
eſſe nimis magnus.q2 pnīa virtus moralꝉ ẽ
et actus ꝟtutis moralꝉ corrũpi pt̄ ꝑ ſuꝑabũ
dãtiã ⁊ ꝺfectũ. Alij videt̄ ꝙ hic dolor nõ
poſſit eẽ nimis magn⁹ q2 ſi ñ poſſꝫ eẽ exceſſ⁹
